



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

V. Stiftungs-Urkunde für das Hospital des heiligen Geistes v. J. 1299.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

consensu consulum in ciuitate michi uel meis heredibus emere hos licebit. Vt igitur hec donacio firma et inuolabilis in perpetuum perseueret prefens scriptum inde confectum figillo ciuitatis feci et meo proprio robarari. Testes autem huius rei sunt vniuersi consules, qui hoc anno consilio presuerunt, videlicet: hen. pes, thi. craz, Jo. zemlin, Johanes friso, petrus kanolt, hen. sartor, bertoldus retro cimterium, hen. bornim, ludolfus craterarius, Jo. roztoch, Item Wilhelmus ruffus, al. molendinarius, Gheuehardus craz, hen. craterarius, hen. roztoch, ar. de arnse et quam plures alii fide digni. Datum parleberch anno domini M^o CC^o XXIII^o VI^o, Nonas decembris.

Nach dem des Siegels beraubten Original.

V. Stiftungs-Urkunde für das Hospital des heiligen Geistes v. J. 1299.

Nos Johannes plebanus in perleberghe, dictus de plauue, presbyter, et nos consules eiusdem ciuitatis presentibus protestamur, quod Johannes clericus, dictus de noua domo, fundauit et dotauit altare domus sancti spiritus in perleberg cum decem fructis reddituum, quos redditus idem johanes siue sit prefens siue sit absens possidebit ad tempora sue uite. Ita quod idem Johannes in eadem domo procurabit et ordinabit cultum diuinorum, tali condicione, quod quolibet die ad missam dicendam uel cantandam ipse uel cappellanus suus simpliciter est obligatus, de matutinis et de uespertinis ipse uel cappellanus suus tempore uite sue liberam habent postetatem siue huiusmodi uelint peragere siue non; adtamen sui successores ad omnia diuina sunt simpliciter obligati. Preterea protestamur, quod redditus supradicti, cum quibus dictus clericus Johannes dictum altare dotauit, cum omni jure et omni proprietate debent esse situati infra muros perleberg ciuitatis: et huiusmodi proprietatem iam supradictus clericus Johannes se obligauit in molendino seu in areis nostre ciuitatis comparare, adtamen hoc faciet cum iuuamine et consilio tutorum iam dicte domus. Si autem ita contingeret quod apud molendinum seu in molendino non poterit consequi proprietatem, tunc nos consules perleberghe ciuitatis licenciam damus dicto Johanni, ut hos redditus in areis nostre ciuitatis ad predictam altare possit libere comparare ita, quod dicta domus sancti spiritus huiusmodi redditus cum omni possideat libertate. Insuper nos consules perleberghe ciuitatis recognoscimus, quod dicto clerico iohanni et familie sue conceditur piscatura in fossato domus sancti spiritus et in alia quacumque aqua seu piscina quam contingit dictam domum in futuro possidere, ita, quod possit piscari quantum sibi sufficiat ad esum suarum expensarum. Testes harum ordinacionum et donacionum sunt: Dominus hinricus plebanus de quitow et dominus Olricus plebanus de gulow, pariter qui tempore illo erant tutores domus dicte sancti spiritus in perleberghe, hinricus normannus, brun de globesin, Wilhelmus ruffus, petrus kouolt, Albertus molendinarius, hinricus sartor, ludolfus craterarius, Gerardus Zemelin, Thidericus de Dalemin, Johannes norman, Arnoldus de eramuir. Datum anno domini M^o CC^o XXIX^o in die gregorii III^o idus Marcy.

Nach dem des Siegels beraubten Original.

VI. Markgraf Hermann verkauft dem Drosien Drosfke von Cröchern Eigenthum an den Dörfern Buchholz und Spiegelhagen und an der neuen Mühle zu Perleberg, im J. 1303.

We herman, van der gnade Godts Marcgreue tu Brandenborch vnd tu Lusitz vnd here tu hennenberghe, don widike alle den, de dessen brif sin vnd horen, di nu sin vnd noch tu komende sint, dat wi